123

УД

ЗАКАТАЛОГИЗИРОВАНО

„____“ __________ 197 г.

ГОСУДАРСТВЕННЫЙ АРХИВ
Черновицкой области
№ Фонда 1023
Описи 1
Ед. хр. 158

Коллекция документов, собранных Черновицким окружным архивом.

Диплом
о присвоении ученого звания
доктора медицинских наук
заведующему кафедрой
Венского университета
Генрику Юрию
подлинник на пергаменте,
на латинском языке.

Начато: 10 декабря 1869 г.

Окончено: 10 декабря 1869 г.

На 1 листах

ГОСУДАРСТВЕННЫЙ АРХИВ
Черновицкой области
№ Фонда 1023
Описи 1
Ед. хр. 158

15 II -86 г.

123

Чернівці, Леніна, 200, облдрук., з. 4439, 17.4-78, т. 5000

# NOS RECTOR

## ET ANTIQUISSIMA AC CELEBERRIMA UNIVERSITAS VINDOBONENSIS

### LECTURIS SALUTEM

Laudabile imprimis majorum nostrorum institutum est, ut, qui honestis studiis atque artibus diu sese dediderunt, antequam ad vitae communis usum atque ad praxim sese conferant, ante omnia rigorosa subeant examina, ut debitum eruditionis et scientiae suae testimonium legitimo acquirant modo. Cum itaque ornatissimus doctissimusque **Dominus** *Henricus Turim e Lemberg in Galicia* diligentem assiduamque medicinae multos annos operam navasset, atque jam ad exhibenda doctrinae suae specimina paratus esset, petiissetque a nobis, ut ipsum titulo academico doctrinae suae convenienti ornaremus; Nos, cum honestissimae aequissimaeque ipsius petitioni hac in re deesse non possemus, ipsum per universam medicinam accurate et cum rigore examinavimus. In quo cum praeclaram eruditionem suam et medicinae peritiam abunde Nobis probasset, libenter contulimus petitum honorem, qui virtuti et honestis studiis debetur. Quapropter auctoritate a Sua Caesareo-Regia Apostolica Majestate in Nos collata eundem Dominum *Henricum Turim* die *decimo Decembris* anno millesimo octingentesimo sexagesimo *nono* 1869 **Doctorem Medicinae** pronunciavimus ac declaravimus, dedimusque ac damus ei potestatem cathedram doctoralem conscendendi ac de medicina respondendi, praxim caeteraque exercendi, quae Medicinae Doctores exercere solent; tribuimus ei insuper privilegia omnia ac praerogativas, quaecunque vero Medicinae Doctori legibus vel consuetudine tribuuntur.

Vindobonae anno, mense et die supra dictis.

*Prof. C. de Littrow*
*h. t. Rector.*

*Dr. Joann. Kutschker*
*Episc. ...*
*...*
*C. R. Univ. Cancellarius*

*Prof. ... Promotor*

*Dr. J. Al. Chrastina pr.*
*Colleg. Doctor. fac. med.*
*p. t. Decanus.*

*Dr. Rudolphus Ilcz*
*facultatis medicae*
*Notarius.*

*Dr. Josefus Spaeth*
*h. t. Decanus Collegii Professorum*
*facultatis medicae*